invenit, quos in assensum potuit attrahere. Et Macedonas quidem vocabat suae fraudis discipulos, scipsum vero, ut dictum, Silvanum, qui a divo Paulo ad ipsos missus fuerit. Et multa ejusmodi alia contexebat et concinnabat. Tandem postea quam agyrta hic et maleficum monstrum integros viginti et septem annos in locis iisce [illegible] contriverat, multosque ibi incolas ejusdem seditionis reos fecerat, deprehensus tandem in impia hac disciplina sua, lapidationis poenam subiens in infernum descendit. Constantinus enim Imperator de gestis ipsis certior factus, mittebat quendam, cui nomen Simeon; qui hunc populi seductorem supplicio subjiceret; eos vero, qui [illegible] in eodem errore haeserant, postea autem eum abdicarent et poenitentium coetui se sincere adjungerent, + ad institutionem in recta doctrina, et damnationem majorem impietatis plenius, commonerentur. Legatus hic urbem ingressus in qua adhuc sedes et officinas suas haec impostura habuerat, simul aliquem ex Magistratu sibi adjungens, qui Tryphon vocabatur, prehendit in errorem adductos, prehendit et [illegible] corruptionis magistrum. Et eos quidem qui [illegible] tota mente poenitentiam agebant, aut aperte agere videbantur, Ecclesiis Dei doctoribus commendavit. Quos autem adhuc priorem defectionis spirare animadvertebat, eos in unum gregem collectos, postquam, quae ipsos audire fecerat, pluribus edisseruisset, erroris auctores [illegible] in medio illis proponit, eumque lapidibus petere demandat. Quod quidem opus quidam ex turba difficulter admodum aggrediebantur. [illegible] Aliquis tamen [illegible] ex illis, nomine Justus, quem Constantinus filii loco adoptaverat, quique apud ipsum in secta Manichaeorum eruditus fuerat, animadvertens

poena lapidationis afficitur. jussu Imperatoris per Simeonem legatum, a suis discipulis.

+ sanctis Dei ecclesiis traderet, ut ibi

679
18

B1: DCLXXIX.